Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore - Cod. Aug. perg. 13

[Reichenau ?], [13. Jh.]

Dominica X. post octavam pentecosten. Secundum Lucam [= 19,41-47].
Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione.

urn:nbn:de:bsz:31-41548

Visual Library

alibi iuxta priorem interpretationem hoc
uidetur quod de iniquo mammona debea
mus amicos facere. non quoslibet pauperes.
sed eos qui nos possint recipere in domos
suas et in eterna tabernacula. ut cum eis
patria peruenire recipiamur ab eis ma
gna. et dantes aliena nostra suscipiamus.
ut seminemus in benedictione. ut me
tamus benedictionem. Qui enim parce
seminauerit. parce et metet.

DOMINICA X POST OCTAVAS PENTECOSTES.
SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore. Cum appropinquaret Ihesus
hierusalem. uidens ciuitatem fleuit super
illam dicens. Quia si cognouisses et tu. Et reliqua.
Et quidem in hac die tua quae ad pacem tibi.
nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.
Quia uenient dies in te. et circumdabunt
te inimici tui uallo. et circumdabunt
te et coangustabunt te undique. et
ad terram prosternent te. et filios tuos
qui in te sunt. Et non derelinquent in te
lapidem super lapidem. eo quod non cogno
ueris tempus uisitationis tuae. Et in
gressus in templum. cepit eicere uen
dentes in illo et ementes. dicens illis.
Scriptum est. quia domus mea domus
orationis est. Vos autem fecistis illam
speluncam latronum. Et erat docens
cottidie in templo.

Collecta.
Pateant aures miseri
cordie tue domine precibus
supplicantium. ut peten
tibus desiderata concedas.
fac eos que tibi sunt placi
ta postulare. Per.

OMELIA beati Gregorii papae.
De eadem lectione.

QUOD FLENTE
domino illa hierosoli
morum subuersio de
scribitur. quae a uespasi
ano et tito roma
nis principibus facta est. nullus qui hy
storiam euersionis eiusdem legit igno
rat. Romani enim principes denunti
antur cum dicitur. Quia uenient dies in te. et
circumdabunt te inimici tui uallo.
et coangustabunt undique. et ad terram pro
sternent te. et filios tuos qui in te sunt.
Hoc quoque quod additur. et non relinquent
in te lapidem super lapidem. etiam eiusdem
ciuitatis transmigratio testatur. quia dum
in eo loco constructa est. ubi extra portam
fuerat dominus crucifixus. prior illa hie
rusalem ut dicitur. funditus est euersa. Cui
ex qua culpa euersionis suae pena fu
erit illata. subiungitur. Eo quod non co
gnoueris tempus uisitationis tuae.
Creator quippe omnium per incarnatio
nis suae mysterium hanc uisitare dig
natus est. sed ipsa timoris et amoris illius
non recordata est. II

Quaerendum est quid sit quod dicitur.
Videns ciuitatem fleuit
super illam dicens. Quia si cognouisses et tu.
Fleuit etenim pius redemptor ruinam
perfidae ciuitatis. quam ipsa se ciuitas
non cognoscebat esse uenturam. Cui flente
domino recte dicitur. Quia si cognouisses et tu.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

subaudis fleres. que nunc quia nescis quod
imminet exultas. Unde et subditur:
Et quidem in hac die tua que ad pacem tibi.
nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Cum
enim carnis sue uoluptatibus daret. et
uentura mala non prospiceret. in die sua
que ad pacem ei esse poterant habebat.
Cur uero bona presentia ad pacem habue
rit. manifestatur cum subditur. Nunc autem
abscondita sunt ab oculis tuis. Si enim
a cordis eius oculis mala que immine
bant abscondita non essent. leta in presen
tibus prosperis non fuisset. Cui mox etiam
pena que de romanis sicut predixi prin
cipibus imminebat adiuncta est. III.

Quia euersam hierusalem iam
nouimus. atque euersionis sue
in melius commutatam. quia expulsos
latrones a templo. atque iam templum eru
tum scimus. debemus ex rebus exteriori
bus introrsus aliquam similitudinem
trahere. atque ex euersis edificiis pari
etum morum ruinam timere. Videns
enim ciuitatem fleuit super illam dicens.
quia si cognouisses et tu. Hoc semel
egit cum perituram ciuitatem esse nuntia
uit. hoc cottidie redemptor noster per
electos suos agere non cessat. cum quosdam
ex bona uita ad mores reprobos pue
nisse considerat. Plangit enim eos qui
nesciunt cur plangantur. qui iuxta
salomonis uerba letantur cum ma
lefecerint. et exultant in rebus pessimis.
Qui si damnationem suam que eis immi
net agnouissent. semetipsos cum lacri
mis electorum plangerent. Bene autem
peruerse anime sententia que subditur
conuenit. Et quidem in hac die tua que
ad pacem tibi. nunc autem abscondita sunt
ab oculis tuis. IIII.

Suam hic diem habet anima
peruersa. que transitorio gaudet in tem
pore. Cui ea que assunt ad pacem sunt.
quia dum ex rebus temporalibus letatur. dum
honoribus extollitur. dum in carnis uolup
tate resoluitur. dum nulla uenture
pene formidine terretur. pacem habet
in die sua. que graui damnatione
scandalum in die habebit aliena.
Ibi enim affligenda est. ubi iusti
letabuntur. et cuncta que nunc ei ad pacem
sunt. tunc in amaritudinem rixe uerten
tur. quia rixari secum incipit. cur dam
nationem quam patitur non expauit.
cur a prospiciendis malis sequentibus
oculos mentis clausit. Unde dicitur ei.
Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.
Peruersa quippe anima rebus presentibus
dedita in terrenis uoluptatibus resolu
ta abscondit sibi mala sequentia.
quia preuidere futura refugit. que presen
tem letitiam perturbant. Dumque in
presentis uite oblectatione se dede
rit. quid aliud quam clausis oculis ad

ignem uadit. Unde scriptum est: In die bonorum ne immemor sis malorum.

DO(minica) XI. post oct(avas) pentec(ostes). Illo t(empore). Sec(undu)m Lucam.

Dixit dominus Ihesus ad quosdam qui in se confidebant tamquam iusti et aspernabantur ceteros parabolam istam. Duo homines ascenderunt in templum ut orarent: unus phariseus et alter publicanus. Et ret… Phariseus stans hec apud se orabat: Deus gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hominum. Raptores iniusti adulteri velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium que possideo. Et publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad celum levare, sed percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis: descendit hic iustificatus in domum suam ab illo, quia omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur.

…s qui omnipotentiam … parcendo maxime … miserando manifestas … multiplica super nos gratiam … ut ad tua promissa currentes … ce… num bonorum facias esse consortes. P(er).

OM(elia) LE(ctionis) VEN(erabilis) B(edae) P(res)B(yte)RI. De eadem lectione.

Qua parabola qua dominus semper orare et non deficere docebat ita conclusit ut diceret veniente iudice difficile fidem in terra reperiendam, ne quis forte de supervacua fidei cognitione vel etiam confessione blandiretur, in qua altera iuncta parabola diligenti ostendit adeo fidei non verba examinanda sed opera, in quibus maxime regnat humilitas. Unde et supra cum fidem grano sinapis minuto quidem sed exercitatione flagranti conpararet, quasi exponendo subiunxit: Cum feceritis omnia que precepta sunt, dicite: servi inutiles sumus. Cui contra superbi cum nequaquam omnia sed modicum quid eorum que precepta sunt faciant, non solum in eo de sua iustitia presumunt, sed et infirmos quosque despiciunt, atque ideo quasi fide vacui cum oraverint non exaudiuntur. II.

Duo homines ascenderunt in templum ut orarent: unus phariseus et alter publicanus. Publicanus humiliter orans ad illa uidue, hoc est ecclesie membra pertinet, de quibus supra dicitur: Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se. Phariseus autem merita iactans ad ea de quibus terribilis in conclusione sententia subditur: Verumtamen filius hominis veniens putas inveniet fidem in terra. Phariseus stans hec apud se orabat: Deus gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri homines, raptores iniusti adulteri velut etiam hic publicanus. Quatuor sunt species quibus omnis tumor arrogantium demonstratur. Cum bonum aut a semet